



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 8. Paupertas extremæ impatientia causa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

& pauperiem.

Perditissimus ego sum omnium in terra.

Nam quid mihi opus vita est, qui tantum
auri

Perdidi, quod custodiri sedulo? egomet
me fraudavi,

Animumq; meum, geniumq; meum, nunc
eo alij

Latificantur, meo malo & damno: pati
nequeo.

Quàm multos audiui, amisso marsu-
pio, ad laqueum cucurrisse? Adeò restim
quàm inopiam pati maluerunt.

§. VIII.

Paupertas extrema impatientia causa.

Atque ut diuinum oraculum audias: Ne-
quissima paupertas in ore impij. Quod multa
exempla confirmant, vno hîc, sed valde lu-
culento rem demonstrabimus, quod Bar-
tholomæus Bononiensis in hunc ferè mo-
dum recenset. Antonius Vrceus Codrus, Gram-
maticus celebris, Forolinij cubiculum habebat,
in penitioris palatij parte, varijs quidem ornatû
picturis, sed adeò in prima diei parte obscurum,
ut nisi lucerna beneficio, ne parietes quidè ipsos
discernere posset. Vtebatur itaque lucerna fictili,
rara pulchritudinis; in cuius summitate cala-

turæ

Eccli. 13.
30.

Barthol.
Bonon.
in vita
Antonij
Vrcei Co-
dri.

tum erat: STVDIA LVCERNAM OLENTIA
OPTIME OLENT. Hanc cum domi inextinctam
reliquisset, incendij causam fuisse creditum est.
Nam matutino tempore, cum negotij causa in
forum se contulisset, ignis chartarum fomento
coalitus, per omnes cubiculi angulos diuagatus
est. Perijt liber ab eo compositus, qui inscribe-
batur Pastor: periere & reliqua eius bona. Fa-
ma est, ad primum incendij nuncium tantam
animo imbibisse iram, ut exclamans veluti fu-
rore quodam concitus, ad regiam usq; precipiti
gradu ire pergeret, pro foribusq; cubiculi astans
(neq; enim ob incendium ingredi licebat) Quod-
nam ego, inquit, tantum scelus concepi, Christe;
quem ego tuorum umquam laesi, ut ita inex-
piabili in me odio debaccheris? Conuersus post-
modum ad simulachrum Virginis: Audi Virgo,
ait, ea, qua tibi mentis compos, & ex animo di-
cam: Si forte cum ad ultimum vite finem per-
uenero supplex accedam ad te opem oratum, ne
me audias, neue inter tuos accipias, oro, cum
infernis dys in aeternum agere decreui. Qui
aderant, verbis quidem, quod poterant, ipsius
iram lenire conabantur: sed clausa erant au-
res, obstrepente ira: qua adeo oppressit hominem,
ut obiurgatis prius amicis omnibus, si se seque-
rentur, extra portam egrederetur, nec ante im-
posue-

posuerit frenos amenti gradui, quàm in vastum se se proripuerit nemus, ingentiq; cum molestia ibi diem totum egerit. Noctu urbem petens, cum portas offendisset clausas, in firmi aceruo prostratus, lucem expectauit. Manè verò urbem ingressus, in fabri cuiusdam lignarij domo abstrusit se se, ibiq; iugiter per sex menses solus, ac sine libris, vitam protraxit, plenam tristitia, Diris, execrationibus, desperatione, & similem vitæ damnatorum. Huc redigit inopia. Nonné ergo grande malum est paupertas? Et tamen, vt initio diximus, à Deo est. Quo modo à bono potest esse malum? Hæc spina est, quæ pungit ineruditos, aut, vt verius dicam, impatientes, diuinorumque iudiciorum ignaros.

C A P V T. II.

Quid sit, & quotuplex paupertas; tresq; pauperum classes.

§. I.

Pauperum inani querela quomodo satisfiat?

Magnus est numerus hoc morbo laborantium; multi hac plaga icti superos querelis suis percusserunt, quorum